

DECLARATIO

Diœcesim recenter erectam MONTIS LAUREI in terminis Conventus S. Joannis Baptistæ Ottawiensis comprehendi declaramus.

COMMISSIO

Ad laudem Beatissimæ Virginis Mariæ, Ordinis Patronæ, necnon ad animarum salutem, committimus Adm. R. P. Provinciali, ut quantocius in Provincia nostra restauretur, propagetur, ac diligenter custodiatur laudabilis *Rosarii Perpetui* devotio, cum certa quadam capitum hierarchia a SS. PP. Pio IX approbati.

SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro SS. D. N. Pio PP. X., Ordinis nostri benevolentissimo Protectore, quælibet Domus celebrabit unam missam.

Pro Reverendissimo Patre Fratre Hyacintho-Maria Cormier, Magistro generali Ordinis nostri, ejusque Sociis, quælibet Domus unam missam.

Pro A. R. P. Lectore Fr. Henrico Hage, Provinciali Provinciæ S. Dominici Canadensis, quælibet Domus unam missam.